



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Detectio Nvgarvm Lvtheri, Cvm Declaratione Veritatis
Catholicae, Et Confvtatione Dogmatvm Lvtheranorvm**

Bundere, Jan van den

Louanij, 1551

Tenor Priuilegij Caesarei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35621

**Tenor Priuilegij
CAESAREI.**

Carolus Quintus diuina prouidentia, Romano-
rum Imperator, semper Augustus, ac Germaniae,
Hispaniarum, Castellæ, &c. Rex. Exhibita fuit no-
bis supplicatio à Martino Rotario Bibliopola Louani-
ensi iurato, qua indicabat se imprimi cupere Detectionē
nugarū Lutheri, nouiter editam, & à D. Ruardo Tap-
par, Sacræ Theologiæ professore, almæ Vniuersitatis
Louaniensis Cancellario, & Decano S. Petri visitatam,
& approbatā. His rebus moti, illius supplicationi con-
fensimus, annuimus, & tribuimus his nostris literis, ut
eandem Detectionem nugarum Lutheri excudi curet,
excusamq; vendat, & distribuat per omnes nostras diti-
ones. Prohibentes vniuersis Typographis, Bibliopolis,
aliisq; vniuersis, ne prædictam Detectionem nugarum
Lutheri in nostra ditione excudant, aut alibi excusam
vendant aut distribuant intra tempus trium annorum
proximè sequentium, sub pœna in literis nostris dicta.

Mandamus igitur omnibus Officiatis, & administris
iustitiae per Brabantiam, ut illum in suo priuilegio adiu-
uent, & tucatur, vt latius patet in literis illi à nobis con-
cessis. Datū Bruxel. Anno M. D. LI. 7. Septembris.

Subsignatum

Per Cæsarem ad relatio-
nem Consiliariorum.

L. de Zoete.